

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Disputatio Theologica Inauguralis De Gratia Præ Mole Peccati Superabundante :  
E Rom. 5, 20. ejusq[ue] colo posteriore ostensâ**

Rostochi[i]: Typis Joh. Weppllingii, [1701]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003436889>

Druck    Freier  Zugang



RU theol. 1701  
Grünenberg, Joh. Petr.

/a





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1003436889/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003436889/phys_0003)

DFG



Q. D. B. V.  
DISPUTATIO THEOLOGICA INAUGURALIS  
DE

**GRATIA  
PRÆ MOLE PECCATI  
SUPERABUNDANTE**

E Rom. 5, 20. ejusq; colo posteriore ostensâ,

Quæ

AUXILIANTE DEO,

Summeq; Rev. Ordine Theologico favente  
pro Supremi in Theologiâ GRADUS , qvm DOCTORATUM  
dicunt , obtinendi LICENTIA

SUB PRÆSIDIO

**DN. JOHANNIS PETRI  
GRUENENBERGII,**

Ph. ac S. Theol. D. Celeberiimi , Consist.  
Duc.Mekelnb in Urb Rost. Consiliarii Gravissimi, S. Theologiæ

Prof. Publ. meritissimi, Distr.Meclenb. Superintend. vigilantissimi,  
ac Reverendæ Facultatis Theologicæ ad hunc Actum

Decani Spectatissimi ,  
PATRONI, PRÆCEPTORIS, AC HOSPITIS SUI HONORATISSIMI ,  
in Academie Rostochiensis Auditorio Majore

1701.die 15. Sept. boris ante & pomerid. publicè examinis ergo est proposita

**M. JOHANNE HEINRICO** *Lentze* *Gensei*

Pastore Fehrbellinensi,

Rostochi, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIBUS ET PROFESSORIBUS IN ALMA ROSTOCHIENSI CELEBERRIMIS,

VIRIS

Summè Reverendis, Magnificis atq; Excellentissimis

**DN. D. ANDREÆ DANIELI  
HABICHHORST,**

Sereniss. Duc. Mekelnburg. Consiliario Consistoriali, Collegii Ducalis Facultatis Theologicae ac totius Academiae Seniori Venerabili, hodieq; Facult. Theol. Spectabili Decano,

**DN. D. JOH. FECHTIO,**  
Consistorii Mekelnb. Assessori Gravissimo & Districtus Rostochiensis Superintendenti Vigilantissimo,

**DN. D. JOH. NICOLAO  
QVISTORPIO.**

apud Rostoch. ad S. Nicol. Præcipuo Pastori, & Rever. Ejus Ministerii Directori Meritissimo,

**DN. D. JOHANNI PETRO  
GRUENENBERG,**

Confil. Confift. Meclenb. Ducal, Gravissimo, Distr. Mekelnb. Superintendenti Vigilantis-

simo & ad hunc actum Decano

Spectatissimo,

DNN. meis PATRONIS, FAUTORIBUS & in Christo PATRIBUS, FRATRIBUSq; Venerandis, cumq; revere-

rentia Deamandis.

Ex

**VIRI MAGNIFICI,**

X eo die, qvo in hanc Academiam  
veni, Vestrum favorem DEO & A-  
micis deprædicare haud desino, nec  
desiturus sum, dum vivam. Qvoniā  
autem nihil est, qvo gratum Vobis, Viri  
summe Reverendi, mentem declarare pro  
votis possum, ad Vos ipsos referre volui id,  
qvod Vestro Præscripto & Consensi de-  
beo, elaboratam scilicet, uti per celeritatem  
fieri potuit, & sine fuso ac telle scriptam  
hanc de Gratia Dissertatiunculam. Id u-  
num petere liceat, cum illa jam propemo-  
dum ante semestre spatium sit scripta, huc  
transmissa, & sine nova revisione mea typis  
impressa, ut æqvi boniqve habeatis, si qvid  
forte amplius addi ex illo tempore potue-  
rit ac debuerit, qvod additum non siet.

Sic

Sic vero tunc de Gratia scripsi ; uti tunc cognita mihi ipsa Qvæstio fuit, & sententiarum de cætero, qvam personarum censor esse malui. Qva inre, sicut spero, si benigni in me judices esse non renueritis, nullo majori benefacto me mactari posse existimo. Ego vero pro Vobis, Vestrisqve Omnibus rogare Deum non desistam, meq; semper talem judicabo, qvi jure se appellat, ac pro yirili probet

Summe Reverendis & Magnificis Ve-  
stris Nominibus

Rostochii d. 12. Sept.  
Anno 1701.

ad grates, preces & officia obstrictissi-  
mum, deditissimumqdc

M. Joh. Henr. Lenze.

# CUM BONO DEO.

DICTUM E ROM. 5, 20.

Οὐ δὲ ἐπλεόναστε η ἀμαρτίᾳ, ἀπερωθίσσαστε  
η χάρισ.

St certe *Gratia* vocabulum omnino savissimum, & iis, qui favore indigent, jucundissimum. Denotat enim ad eos relatū plerumq; propensum animū & favorem, quem potentes & magni viri miseris & humilibus singulare ex clementia exhibent, hocq; varia ratione fit, dum condonando, liberando, beneficiendo & d.tando gratiam suam ostendunt. *Gratia* autem est vel activa, vel passiva. (Vid. Flac. Clav. Scr. voc. *Gratia*) Illa est, qvā quis benevolentiam suam miserendo aliis declarat; hæc vero, qvā quis vel naturaliter insita, vel aliunde adquisita aliis se ita commendat, ut eorum gratiam facile nanciscatur, & beneficia ab iis etiam sine respectu operum & meritorum, gratisq; si opus est, accipiat. *Gratia* qvadam præcipua eaq; activa Pharaonis filia Mosen est complexa, dum illum infantem gratiā oris pollentem, sed morti consecratum aqua extraxit, nutritivit, educavit, & ut in scientiis & artibus optime informaretur, curavit Exod. 2, 2. seqq. *Gratia* qvoq; illustri fructus est Mephistos filius Jonathanis: cum enim tota domus Saulis ob peccata atrocia à Deo esset rejecta, iste tamen à Davide ob gratiam passivam, qvā pater apud Davidem floruerat, & ipse patris causa se commendabat, qværebatur. Paterna bona ei red-debantur gratis, ac, ut in aula regis viveret, clementissime promittebatur, concedebatur 2. Sam 9, 1. seqq. Affl. eto & in angustiis viventi nihil opitulantis gratia dulcius: nam qvod ip'se viribus propriis assequi non valet, per potentioris gratiam sibi pollicetur. *Gratiam* verò non coactam, verbalem, & facultatam, sed sinceram & realem esse oportet. Etsi enim savibus verborum lenociniis gratiam suam aliquis promittat, qvam

A

re

re ipsa nolit præstare, miser ex ista umbratili pollicitatione nullum gratiæ solatum capit. Gratia itaq; si vera est, in rei veritate se amabilem facit, & utilissimo suo effectu derelictos, gratiæq; se permittentes erigit & confortat. Si igitur in rebus eaducis inter mortales gratia tanti æstimatur, multo ea majori pretio est habenda in negocio salutis nostræ, siquidem nostra redemptio & iustificatio est *misericordia Dei*, & hæc gratia tanta est, ut omnem peccati molem superet ac deleat, hoc qvod clarissime indicat Sanctus Paulus Rom. 5, 10. Oū ἡ εὐλογία τοῦ ἀμαρτίας,  
τὸ σημεῖον δόξης καὶ χάριτος. Qvā de re cum ex præscripto & consensu Max. Rev. FCtis Theologicæ agendum mihi sit, omnis Gratiaæ Autorem Deum invoco, ut ita mihi scribenti succurrat, ne Gratiam ipsius ex alterâ parte in proterviæ tutamen convertam, nec ex alterâ iis eripiam, qvibus Deus ipse gratiam suam non voluit negare. Expediam autem JUVANTE DEO omne illud tribus Capitibus, qvorum iaget de Indicio Peccati per Legem: 2. de Ingenti Mole Peccati: & 3. de Superabundantia Gratiaæ Divinæ.

## CAP. I.

### DE INDICIO PECCATI PER LEGEM.

S. 1. Qvonia n in eo, qvod qvarimus, arduo negotio sensus Spiritus Sancti qvam maxime sine omni fuso spetandus est, ille ut tanto melius eruatur, connexio verborum bene est attendenda. Namqve hæreticorum & schismaticorum est, verba qvædam è sacra scriptura fallaci rerum divisione excerpere, hisqve errorem suum incruxare: & dum istæ plausibilia sunt, ceu munera verbis, vel potius ut verba sancti codicis, simplicibus per eorum abusum isti persæpe imponere solent. Si autem antecedentia & consequentia inter cœteras regulas hermeneuticas accurate perponderantur, tunc tenor verborum erroneæ seductorum opinioni plane contradicit, ac eorum matæologiæ & heterodoxiam patefacit. Ne & in isto impingamus, in explicatione verborum antecedentia rite sunt perpendenda, unde, si justo intuemur oculo hæc verba: & ἡ εὐλογία τοῦ ἀμαρτίας, &c. particula illa adversativa ἡ nos remittit ad præcedentia verba colli prioris ejusdem versus: Νέμος ἡ παρθένη λαθεῖ, ἡρα πλεσ-

1457

πάση τὰ τροφῆς μέμνεται. In his verbis divus apostolus legem & peccatum nominat, perque legem hominibus peccati atrocitatem, & per peccatum miseriam totius generis humani propter transgressionem iniustissimum damnationis barathrum derusus, luculenter monstrari indicarique cupit, ut deinde Gratiae dulcedo tanto efficacius sentiatur, tantoq; majore loco habetur. Primit igitur, quād ad negocium, quod maxime est nostrum, accedimus, pauca nobis de Indice peccati Lege meritè ex Antecedentibus putamus præmittenda, ut deinde de Peccati mole, & Superabundantia Gratiae tanto felicius disserere possim.

S. 2. Lex Græcis est Νόμος, quod derivatur a νόμῳ, distribuere, quia distribuit & ordinat cujuscunq; officium. Ebreis dicitur ἡ θεορατική projectio, quia in ea divina voluntas erga homines projecta & statuta est, habetq; proximam cognationem suam cum הורה f. Hiph. quod docendi & monendi significationem Legi omnino convenientem habet. Lex autem est norma à DEO data, recte agenda cum imperio & obligatiōne præscribens ad gloriam Dei & bonum commune, propriamq; hominis felicitatem, aut, si vis, describi potest per juslum divinum, quod mandat, ut homo recta faciat & illicita fugiat sub promissione præriorum & comminatione pœnarum hujus & alterius vite. Distinguitur autem Lex in moralem, ceremonialem & forensem. Lex Moralis (ut Ceremoniale & Forense, quæ vim suam in Legem Morali nanciscuntur, nunc prætereamus) a DEO in prima creatione hominis menti est inscripta, & repeatita ob hominum incuriam, quæ ubi Lex non urgetur, peccatum parvi estimat Rom. 5, 13. in Decalogo, quod e sacris literis probatur Rom. 2, 14. Ex. 19, 20. & Deut. 4, 13.

S. 3. Per legem hanc agnoscuntur deinde peccata, Rom. 5, 20. c. 7, 7. hominem sc. defecisse à recto, & declinasse omnino ad malum, pœnamque transgressoribus simul dictat Deut. 27, 26. Lex, ut in speculo, lapsi peccatori peccata & prævarications repræsentat, Jac. 1, 23. eum confundit Rom. 3, 19. & horrore incurrit c. 4, 15. Sic Adamus reminiscens totius legis divinæ cordi inscriptæ, in eaque se considerans terrebatur: videbat enim immensam peccati molem ejusque pœnam, & quia trans-

gressor legis judice suapte conscientia erat inventus , velut  
au<sup>o</sup>rg<sup>o</sup>lāne<sup>o</sup>ls in mortis æternæ supplicio se esse sciebat . Per  
Legem atque ex rigore ejus quilibet etiam e progenie Adami-  
tica calamitates suas facile agnoscit , seq; ob maledictionem le-  
gis infelicem esse novit . Et quia lex est cynosura , ad quam ho-  
minis cogitationes , verba & facta sunt judicanda , ex ista ceu  
justa agendi norma peccata magis magisq; eluescunt: ubi enim  
non est lex , peccatum non agnoscitur Rom. 4, 15. nec estimatur  
c. 5, 13: Hinc sanctus Apostolus summō cum acumine dicit :  
Νόμος ἡ παρεῖσθαι , ἵνα πλεονάσῃ τὸ ωδόντωμα . Lex  
(inter inobedientiam & lapsum Adami , in quod omnes peccave-  
runt , & inter obedientiam ac satisfactionem Christi , in quod  
pro omnibus est satisfactum ) intercessit , ut plenissimam vim acci-  
peret lapsus , seu peccatum .

S. 4. Doctor ille genitum verò hæc verba : Νόμος ἡ  
παρεῖσθαι , ἵνα πλεονάσῃ τὸ ωδόντωμα , non posuit , ut inde  
evincat , legem esse causam vel incitamentum peccati . Minime  
id vero , sed quod ostenderet , legem eam ob causam esse datam ,  
quod homo intelligere posset ingentem peccati molem , propter-  
eaque disceret vitandum esse peccatum uti radicem & matrem  
omnis mali . Certe ea propter in memoriam Legis cordi inscrip-  
tæ Lex ferebatur primo jam parenti , in paradiſo viventi adhuc  
in statu integritatis Gen. 2,17: De ligno autem scientia boni & mali  
nec mederas . In quounque enim die comederis ex eo , morte morie-  
ris : ut meditaretur , quantum sit inobedientiæ crimen , & subse-  
culturum malum , ex eoque capite , cum posset , peccatum omnino  
vitaret . Deinde , cum fuit peccatum , data est seu promulgata denuo  
etiam lex , ut homo peccata admissa agnosceret & doleret . Illud  
enim explicat Apostolus Rom. 7,7. Quid ergo dicemus ? Lex pec-  
catum est? Absit . Sed peccatum non cognovi , nisi per legem . Nam con-  
cupiscentiam nesciebam , nisi lex diceret : Non concupisces . Mon-  
strat igitur lex peccata , non introducit : quemadmodum ma-  
gistratus malefico manifesta faciens innumera sceleræ , non fuit  
causa impellens ad delicta , sed ea tantum indicat , quo transgres-  
sor & istorum turpititudinem , & sententia justitiam sciat : &  
medicus ægroto vulnera lethalia & morbum exitiale exponens

non

non fuit causa perdite valetudinis, sed statum periculorum lan-  
gido tantu aperuit, quo in tempore eum agnoscat, & si nulla  
super sit medicina, morti se imminentis tanto æquius submittat.  
Eodem igitur ex fundamento Apostolus dicit Gal. 3, 19. *Quid*  
*igitur lex? propter transgressiones posita est:* ut sc. per legem  
homo peccata & transgressiones agnosceret. Qva tamen in  
re tale est discrimin, ut Lex per suas solius vires quædam pec-  
cata patefaciat, arguat, & condemnet, nimirum illa, qvæ natu-  
raliter tamquam vitia agnoscit possunt sine novâ revelatione;  
quædam autem vitia, eademq; omnium gravissima non argu-  
antur & damnentur à lege, nisi prius illa Evangelio sit col-  
lustrata, in qvibus sunt infidelitas, & peccatum in Spiritum  
Sanctum.

## CAP. II. DE INGENTI MOLE PECCATI.

s. I.

Illud vero, qvod lex indicat, & magnâ in homines potestate vâ-  
lere ostendit, horrenda est peccati moles, & nominatur ab Apo-  
stolo primum unica voce ἀπάτημα, lapsus (à παραπίτω  
qvod est prolabi, è statu suo cadere) ac deinde metaphorice vox  
illa significat peccatum. Postea peccatum in textu Græcoetiâ dicitur  
ἀπάτια, & derivatur ab ἀπάτειν, qvod significare vo-  
lunt vi originis vel rebellare, vel aberrare: qvorū utrumq; inci-  
dit in peccatorem, qvia & rebellat Deo, & aberrat a recta via sa-  
lutis. Ebræis est חטא, & significat aberrationem a fine & sco-  
po, qvod patet ex Pr. 19, 2. & Jud. 20, 16. qvia peccator aberrat  
a via & scopo, qvæ divina lex prescribit & monstrat. Pee-  
catum qvid sit, brevibus explicat Johannes: οὐ απάτια  
εστιν οὐ ἀρούρια. Est vero illud vel originale, vel actuale, seu  
est primum, vel ex primo ortum. Primum & originale est, qvod  
commissum est omnium primum in protoplastis, & ex istis per  
viam ordinariæ generationis in omnes posteros peccandi ori-  
ginem dicit; actuale autem, qvod sequitur e prava ista na-  
tura, dum malæ actiones committuntur, & bonæ omittuntur.  
Hic per απάτια Apostolus intelligit peccatum originale,

A 3

qvod

qvod Adamum & omnes eius posteros corruptit, cum omni alio  
inde fluente peccato actuali. Non potest satis describi pro ma-  
lignantate suâ peccatum illud originale. Est enim privatio ju-  
stitiae primævæ, cum prava concupiscentia arctissimè conne-  
cta, virium animæ ac totius naturæ corruptionem, per la-  
psum inductam & in posteros per carnalem propagationem  
translatam, immediate inferens, vi cuius omnes homines iræ  
Dei & morti obnoxii fiunt, & tantum a natura ad malum pro-  
pendent. Gravissime vero peccatum originis evincit malum  
figmentum cordis humani, qvod homini inest a prima pueri-  
tia, & tantum propensum est ad pravum omnibus diebus vi-  
tae Gen. 6,5. Eheu! qvam horridum illud est peccatum, in quo ho-  
mo concipitur, qvodqve hæret in massa humana, qvampri-  
mum homo calefieri incipit in utero, Ps. 51,7. Job. 14,4. vereqve  
dicitur flagitiosa contaminatio vel immundities homini conge-  
nita, nec ante finem vitæ ab eodem separabilis, inqve ingenti va-  
riorum delictorum multitudine lese subinde prodens. Illud est,  
qvod non minus per Legem Dei indicatur, arguitur, & exag-  
geratur, qvam reliqua peccata actualia, qvæ tanto clarius à Lege  
accusantur, & exaggerantur, qvanto per pluralitatem faci-  
lius eorum magna pars agnosci potest. O magnam, o intole-  
tabilem peccati molem!

§. 2. Causa peccati non est Deus, namqve ille est sum-  
me bonus, sanctus & justus, irascitur peccato, idqve & hic  
punit, & olim gravius judicabit, qvod regius Psaltes probat Ps.  
5,5. *Non Deus volens iniquitatem tu es, neqve habitabit juxta*  
*te malignus.* Neqve ulla quidem causa efficiens, sed deficiens  
hic nominanda, nam *mala voluntatis*, inquit Augustinus l. 12.  
de Civ. Dei c. 7. *nemo querat causam efficientem, non enim est*  
*efficiens, sed deficiens, quia nec illa est effectio, sed defectio.* In-  
terim tamen late & impropriæ causa efficiens usurpari potest;  
hæc autem est vel externa vel interna. Illa & quidem princi-  
palis est Satanæ, qvi ad illiciendos in peccatum homines ser-  
pente tanquam instrumento fraudis abusus est. Hoc indicat  
Sapiens c. 2, 23, 24. *Deus creavit hominem inextirpabilem &*  
*ad imaginem similitudinis fecit illum; invidia autem diaboli mors*  
*intro-*

*introivit in mundum.* Causa vero interna est solus homo sponte non utens viribus concreatis seu imagine divina, & posthabita lege Dei, seductori potius quam Creatori credens: quæ verba sunt Scherzerie S. Th. L. VIII. §. IV. Sicuti vero hodienum diabolus omni molimine in id contendit, ut hominem in varia peccata inducat, ita & homo homini hoc etiam in genere fæcissime pro diabolo est, ut eum variâ ratione in peccatum præcipiter, quodque experientia, proh dolor! quotidiana docet, prava hominis voluntas sibi ipsi gravissima causa est peccati, sive deum ~~παραιρέτως~~, sive ~~καραρέτως~~ in illud incidat.

§. 3. Peccatum autem diffusum esse per totum genus humanum, undiq; Divina Lex ostendit, quæ πάρειχεν θεον, οὐα πλεονάσμα τὸ ωδόντωμα, quam vocem δὲ πλεονάζειν non sine causa repetere in proximis verbis voluit Paulus: δὲ εἴλεσθε ἡ αὐωγτία, sed ut moles peccati tanto magis observetur. Per istud quidem adverbium loci (δὲ) sub initium ille indicat Subiectum, in quo vel ubi sit peccatum? Nempe ejus sedem h. l. fit in Adamo & omnibus ejus posteris. Evidem inter subjecta peccatalias omnino referendi sunt diabolus suis cum angelis: verum in hoc dicto plane ad eos universalitas particulae non spectat, sed ea, sicut ad omnes omnino homines excepto uno Christo extendenda, ita & ad solos illos restringenda est, uti hoc v. 12. hujus capituli clarissime exponit, ubi dicitur, quod per unum hominem peccatum in hunc mundum intraverit, per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransierit, in quo omnes peccaverunt. Sicut igitur inde satis patescit, de quibus Apostolo sit sermo, ita & subsequens τὸν πόλλον, καὶ τὸν πάντα mentio crebra ultra humanum genus non permittit vagari, & clarum est etiam ex promissione gratiae, quod verba nostri thematis ultra istud non debeant dilatari. Ceterum nemo hominum excluditur, quodcumque cum Paulo Eph. 2, 3, fateri debent: Nos sumus omnes φύσει (non tantum φύσι) filii iræ. Verbum autem πλεονάζειν, augeri, abundare, exuberare significat, quod ex coll. 2. Cor. 3, 15. & 2. Th. 1, 3. constat. Et sic per eam vocem denotatur tum, quod peccatum inicit

insit in omnibus hominibus, tum qvod vim suam longe late-  
que per cunctos mortales multiplici cum improbitate exerceat,  
ut non tantum omnes in & cum Adamo peccaverint, Rom. 5,  
12. & caro de carne nati sint Joh. 3, 6. sed & ex illâ carnali nati-  
vitate semper & habeant peccatum, 1. Joh. 1, 8. & varie pec-  
cent, Jac. 3, 2. &, quantumvis sint regenerati, non raro  
id, qvod oderunt, nihilominus faciant Rom. 7, 14.

§. 4. Iste igitur  $\pi\lambda\epsilon\nu\alpha\sigma\mu\delta$  τῆς ἀμαρτίας compre-  
hendit veram privationem imaginis divinæ, & naturæ penitis-  
simam depravationem, non qvoad essentiam, qvæ ipsa o-  
mnino mansit, sed qvoad vires, & qualitates. Ex immortalibus  
qvippe mortales, ex felicibus miseri, ex valentibus morbi, di-  
cuntur sapientibus mente cœci, è recte agentibus aversi à Deo & tan-  
tum mali Gen. 6, 5. ex filiis Dei filii iræ & damnationis facti fu-  
mus Eph. 2, 3. qvod non fallax proh dolor! experientia con-  
firmat. Neqve sufficit, ut hic  $\pi\lambda\epsilon\nu\alpha\sigma\mu\delta$  exigatur saltem ad  
 $\tau\epsilon\rho\pi\sigma\iota\omega$ , sed etiam ad  $\vartheta\epsilon\sigma\iota\omega$  considerandus est, nam non mo-  
do imago divina, justitia originalis & sanctitas voluntatis est  
ablata, verum & successit omne malum, nempe similitu-  
dinem cum diabolo inducens prava concupiscentia, ut ita  
non tantum bonum desit, sed & malum adsit. Non enim so-  
lum perfectus amor Dei abest, sed etiam odium erga eundem  
adest, siquidem eum non solum non diligimus, sed insuper  
ejus hostes sumus Rom. 8, 7. appetitu boni caremus & appeti-  
tum mali habemus Gal. 5, 17. vere bonis cogitationibus pri-  
vati sumus, & malâ propensione abundamus, unde Augustana  
Confessio: *Nos omnes cum peccato, id est sine merito Dei, sine  
fiducia erga Deum, & cum concupiscentia nasci, docet Art. 2.*

§. 5. Si itaque Subjectum, in quo ö  $\pi\lambda\epsilon\nu\alpha\sigma\mu\delta$  τῆς  
ἀμαρτίας vim suam violentam habet, est omnis & totus ho-  
mo, i. e. omnis mortalis, tum divinitus primum formatus  
sed lapsus, tum à primis parentibus progenitus, qvia omnes  
ex uno sanguine descendunt; idemque totus ex anima & cor-  
pore, facultatibus superioribus & inferioribus; errant o-  
mnino graviter, qvi peccatum originale vel extenuant, vel  
plane

plane annihilant. Gentiles enim philosophi labem originalem negarunt, uti testatur suopte vitio Seneca ep. 96. Erras, si existimas, nobiscum nasci vita, super venerunt, ingesta sunt. Pelagiani vero hæretici in seculo quinto oriundi statuerunt: Nullum peccatum ex Adamo in homines per generationem transire: Neminem propter Adæ peccatum damnari. Parvulis in Baptismo nullum peccatum remitti, quia nullum habent: peccatum denique Adami in homines non alii ratione transire, quam exemplo: quibus ex erroribus semper alios propulsulasse, haud poterit esse mirum. Horum perversissimam opinionem sequuntur Sociniani, negantes homini connasci aliquam justitiae originalis parentiam & corruptionem naturæ à lapsu Adami progenientem, & audacter dicunt, peccatum originis meram esse fabulam & somnium ociosorum monachorum.

¶ 6. Ast gentiles quod attinet, hi spernentes normam sacræ Scripturæ, sine revelato verbo in suo corrupto sensu depravationem hominis rectè judicare nequeunt, licet ipsa se natura quam sacerissime accuset, & nos concedentibus id variè gentilibus philosophis imperfectionis connata arguat. Pelagianorum autem cæterorumque erroneam opinionem expugnant admissæ ab iis sacræ literæ. Peccatum originis per generationem in homines transire ostendit Regius Propheta Ps. 51, 7. Concipimus & nascimur in peccatis, & hoc peccatum est originale Joh. 3, 6. Quod natum est carne, caro est Eph. 2, 3. Naturalis sumus filii ira seu damnationis. Nos propter lapsum Adami damnari videmus ex 1. Cor. 15, 22. In Adamo omnes morimur; mors vero nihil aliud est quam supplicium. Infantes etiam, qui non peccant in similitudine lapsus Adami, reos esse peccati originalis, patet è Rom. 5, 14. itemq; è Joh. 3, 5. Si quis enim velit intrare regnum Dei, eum oportet esse renatum ex aqua & Spiritu. Si itaque infantes cupientes intrare regnum cœlorum maxime opus habent, ut abluantur in baptismo à peccatis, utriq; peccati originalis labe sunt infecti. Et infantum à primo viæ momento Christus veri nominis, uti omnium hominum, Redem. or

demtor est. Ergo infantes à primo vitæ momento veri etiam non minis peccatores & perditioni æternæ obnoxii sunt. *Luc. 19, 10.*  
*Joh. 3, 6.* Ac deniq; Adamum cum sua transgressione non tantum fuisse exemplum, sed etiam omne malum, poenam & damnationem apportasse, ex istis liquido constat, quæ, ut paulo antemonuimus, dicuntur *Rom. 5, 14* mortem in eos, qui simili modo, ut Adam, non peccaverunt, & tamen in Adamo omnes peccaverunt, regnare usq; ab Adamo. Si itaque mors seu fructus peccati originem suam trahit ex Adamo, ejusque transgressione, exinde evincitur, ex Adami prævaricatione: omnes posteros ejus per peccati istius propagationem in miserrimum statum esse prolapsos.

S. 7. Τὸν τῆς ἀμαρτίας πλεονασμὸν ratione subiecti, quod est omnis homo, præter unum Christum, minuerit contra Legem student Papistæ, & potissimum inter hos Franciscani & Lojolitæ, dum Mariam à peccato originali simplièr immunem fuisse tradunt, hancque opinionem tam strenue in cœcitate sua propugnant, ut singulari statuto apud eos dudum fuerit cautum, ac quis ad gradum dignitatis promoveatur aut recipiatur, nisi juraverit le velle tenere & afflere immaculatam Mariæ conceptionem, donec aliter à sede Apostolica fuerit definitum. Eisi autem è Romana cohorte Thomistæ & Dominicani ipsis ita contradixerint, ut clare patuerit, vacillantes illos assertores nullo nitro justo fundamento, tamen autoritas Pontificia tandem in affirmantium partes concessit. Quidquid vero autoritatis inde allegetur, tamen eorum stolidæ opinio solide convincitur & rejicitur è sacra Scriptura: Si enim omnes homines labe originali sunt contaminati excepto solo Christo, hic enim est νέκωσις μέντοι διὸ τὸν ἀμαρτωλῶν & absque omni peccato. *Joh. 8, 46. Es. 53, 6. 1. Petr. 2, 22.* Ergo Maria non excipitur. Si Christus totius mundi & omnium hominum (Joh. 1, 29. 1. Joh. 2, 2. Es. 53, 6.) peccata tulit, utique & Mariæ tulit peccata, ejusque est Redemptor. Si in Adamo omnes sunt mortui, 1. Cor. 15, 22. Ergo & Maria in Adamo fuit mortua & conseqüenter peccato originali inquinata.

Si

Si Maria fuit baptizata juxta ipsos Papistas, neque redēctionis  
nostræ, & satisfactionis pro humano genere ergo baptizata, er-  
go labē originali ipsa non caruit, à qua per baptismum est pur-  
gata. Si Maria nævos actuales etiam admisit Luc. 2, 43-49. Joh.  
2, 34. originale peccatum etiam habuit. Si & Maria mortua  
est morte naturali non-satisfactoria: ergo & peccato originali  
fuit corrupta, nam mors est stipendium peccati Rom 6, 23. Gen. 2,  
17. Peccati igitur originalis dominium nativum se extendit in o-  
mnes sine discrimine homines excepto solo Christo, atq; ita & S.  
Maria ab illius iure minime fuit libera. Sed hic mendaces esse, ut  
in B. Virgine idolatriam suam stabiliant, Pontificios haud pu-  
det, cum ipsos plura configere mendacia haud tardet, sive  
circa eos, qui post nativitatem peccato originali imtunes sint  
redditi, sive circa eos, quos ad tantum sanctitatis culmen adscen-  
disse garriunt, ut nullum actuale peccatum admiserint. Qvō po-  
steriore in vito affines qvoq; nacti sunt alios quosdam Socinia-  
nos, Arminianos, Schwencfeldianos, Weigelianos, Böhmistas,  
fanaticosq; Perfectionistas, ut de Veteribus hæreticis non dicam.  
Sed illos omnes clarissima scripturæ loca 1. Reg. 8, 46. 2. Par.  
6, 36. Prov. 20, 9. Eccl. 7, 21. Rom. 3, 23. Jac. 3, 2. &c. solidissi-  
me de peccato isto suo convincunt.

S. 8. Peccati originalis, qvod omnem & totum ho-  
minem depravavit, ταύτης μὲν in eo etiam amplificatur,  
qvod, posteaquam in homine imago divina est deleta, etiam li-  
berum arbitrium ad ita recte agendum, ut agens DEO placeat,  
plane sit ablatum. Est quidem homini libertas ad peccandum,  
ad qvod per malum inhabitans & Satanam impellitur, sed  
illa valde servilis est libertas: circa res naturales etiam & mo-  
rales arbitrii libertatem agnoscimus: nulla autem illi post lapsum  
relicta est libertas in spiritualibus ac divinis, nam vires liberi-  
arbitrii respectu objecti spiritualiter boni non tantum debilita-  
tæ & attenuatæ, sed prorsus juxta Analogiam Fidei amissæ, ex-  
stinctæ & deperditæ sum. Hinc Augustinus libr. 3 ad Bonif. c. 8.  
liberum arbitrium post lapsum captivatum & non nisi ad pec-  
candum valere dicit, ac B. Lutherus Liberum Arbitri-  
um post lapsum emphaticè servum arbitrium nominat. Ad

peccandū ergo post lapsū homo satis est facilis & pronūs, sed ad bonū faciendum & se convertendum nullas omnīnō vires habet. Hoc sufficienter corroborat Doctor *Jeōn dūs* Rom. 6, 16. 17. cui homo irregenitus sub peccatum subditus & mancipium ejus esse dicitur, ut rapiatur ex injustitiā in injustitiam v. 19. cuique i. Cor. 2, 14. velut mente ad spiritualia plane cœcus describitur animalis homo, & Col. 2, 13. spiritualiter mortuus ille vocatur. Satis hunc *πλεονασμὸν τῆς ἀμαρτίας* Liberi arbitrii in spiritualibus vires planè auferentem, Lex DEI ipsas etiam concupiscentias accusans detexit, ut propterea Pelagianos, Semipelagianos, Synergistas, eorumq; socios in variis fectis haud paucos, qui vires quasdam homini in opere salutis operando vindicare cupiunt, repudiandos esse videamus; ac brevitatis causâ sine ulteriore significatione repudiemus.

¶. 9. Ne sic quidem sufficienter explicatus est ὁ *πλεονασμὸς της ἀμαρτίας* per Legem declaratus, quod dixi, peccatum originis totum hominem adeo etiam corrupisse, ut nulla vis liberi arbitrii, per quam convertatur ad bonum, remanferit. Accedit, quod pravitatem suam etiam ostendat in peccatis innumeris actualibus: nam uti radix, ita flores, & malæ arborei proferunt malos fructus. Sic cor iniquinatum agnoscitur ex malis actionibus, quidq; ex impuro corde proveniat Math. 15, 19. 20. significatur, & hoc non modo ē decalogo, sed etiam ē quotidiana experientia constat. Classica de cetero in hunc finem dicta sunt: *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens, aut requirens Deum, sed omnes declinaverunt, simul iniurie facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum Ps. 14. 3. Non est homo justus in terra, qui faciat bonū* ¶ *Et non peccet Eccl. 7. 21. Nemo poterit dicere: Mundū est cor meum, Et purus sum à peccato. Pr. 20, 9. Omnes sunt peccatores Et desit uincitur gloria Dei Rom. 3, 23. Qvot gravia quæso, qvot morte digna peccata irregeniti committunt? In quæ non peccata delaplus est impius Cainus, eousq; ut occideret fratrem Abelem? In antediluvianis adeo imperabat ὁ πλεονασμὸς τῆς ἀμαρτίας, ut* yiam

viam Dei defererent, Spiritui Sancto resisterent, & in omnibus abominandis peccatis liberrime ad exitium usque viverent.

S. 10. Nec desistit mundi perversitas sese in innumera vitorum multitudine post tantum diluvii supplicium volutare. Eheu! qvot scelera, qvot flagitia in horas frunt! quantum est, qvod ubique peccatur! Non Deus, non creatura est, cui haud molesta sit humana, aut inhumana potius impietas. Non sibi solis molesti sunt pravi, sed & aliis, nec hominibus tantum malam machinantur, sed malitia suæ intactum nihil relinqunt. Modis etiam peccandi diversissimis sibi placent, non aliter, ac egregiis qvibusdam inventis, & ex turpi facinorum differentia delicias ac famam aucupantur, turpitudinem DEO invilam, & Legi adversam tenent. Omnia moderatur petulantia, securitas, malitia, & ultima capit aut obbrutescens stupor, aut anxietas desperans. Qvis dignè describet tantam hanç peccati molem, qvæ homines tum maximè, cum minimè sentiunt, supprimit, & in irregenitis opinione celerius exitium tandem suscitat?

S. 11. Quid? non modo impii & irregeniti ex depravata sua natura horrenda perpetrant scelerá, sed etiam in renascentibus & renatis peccati virus adhuc gliscit. Hoc probat Apostolus ē Rom. 7.14. & seqv. Scimus qvod lex spiritualia est, ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. 15. Quod enim operor, non intelligo. Non enim, qvod volo, hoc ago, sed qvod odi, illud facio. 16. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, qvoniama bona est. 17. Nunc autem jam non ego operor illud, sed qvod habitat in me peccatum. 18. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Nam velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio. 19. Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed, qvod nolo malum, hoc ago. Conf. omnino v.25. Ergò sane ipse ego mente qvidem servio legi DEI, carne vero Legi peccati: & jungatur Cap. 8, v. 1. Verum h. l. potissimum τὸν ἀνερασμὸν τῆς ἀνθρώπου judicamus, qualis sit in iis, qvos gratia Dei in viam ducere, ac reducere cupit: id tamen vim & potestatem peccati non parum exaggerat, qvod, licet etiam in regeneratis & justificatis sublatum sit cum reatu

peccati omne eius dominium, carni tamen. inhären originalē  
peccatum non tantum ita prorepat, ut in varia venialia peccata  
renati labantur, sed & incautos ita possit occupare, ut in mor-  
tale peccatum præcipiteret, atque ita de gradu fidei & sanctitatis  
plane deturbet, & vel peccati in Spiritu. Sanctum commissi reos  
faciat.

§. 12. Conseqvens peccati est justa ira & pœna Dei, quæ  
ad recte ponderandum τὸν ἀμαρτίας πλεονασμὸν non  
parum momenti per Legis indicium affert. Revelatur enim ira  
Dei de calo super omnem impietatem & injustitiam hominum, eo  
rum qui veritatem Dei in injustitia detinent Rom. 1,18. Peccato-  
res ergo sunt in miserrimo statu, quippe qui à beatitu-  
dine excluduntur à Justo per naturam Deo, & condemnan-  
tur ad æterna supplicia. Est Deus sanctus, est & sanctitatis  
vindex: hinc strenue odit & severe punit peccatores. Mi-  
natus est in Lege iram suam & gravissimam ultionem omnibus  
transgressoribus legis, & in judicio suo insolentes esse pecca-  
tores non patitur. Seqvuntur ergo pœnæ tam temporales,  
quam æternæ velut certa peccatorum stipendia: & insepa-  
rabilis eorum pedissequa, nisi intercedit satisfactio, est ab-  
jectio peccatoris ab omni dilectione Dei in æternam suppli-  
ciorum abyssum. Pœnæ quidem temporales parent, dum  
miseria & inconstantia ubique est in rebus humanis, nilque  
adeo firmum, cui mortalis homo in bonis terrenis vel per  
oculi momentum sine formidine detrimenti atque infortunii  
certo possit confidere, siquidem, quæ omnium certissima pœ-  
na est, omnibus mors ex æquo inhiat. Et temporariae istæ  
animum corpusque fatigantes pœnæ sunt interdum publicæ,  
cum Deus regnui, populum & civitatem ob patrata scelera  
graviter puniri, & pœnis maxime celebratissimis, bello, fami,  
pesti, & bestiis affligendas subjicit Ezech. 14, 21. privatæ in-  
terdum sunt, cum pœna in persona certa, vel certa domo ma-  
ner, ceu in domo Achani, Saulis, Jerobeami, Achabi, &  
aliorum transgressorum legis divinæ, exempla oculis obver-  
sancur. Sed æterna est rigidissima, quæ post hanc vitam  
propter

propter peccata peccantes manet. Nullo humanæ sapientiæ  
stylo pro gravitate sua digne exponi potest, æterna quid sit  
rejectio a facie Dei, & æternus cruciatus, & horror diabo-  
licæ consuetudinis in inferno. Hanc poenam minatus jam  
est Deus peccatoribus inde à creationis tempore Gen. 2, 17.  
*Morte morieris*, cuius comminationis in executionem ultri-  
mam Matth. 25, 41. *maledicti ibunt in eternum ignem para-  
rum diabolo.* *Angelis ejus*: siquidem in die irae, *& demonstra-  
tionis iusti judicij divinita* *& indignatio, tribulatio, & angustia*  
*in omnem animam hominis operantis malum*, pro operum ma-  
litia divinitus conferetur Rom. 2, 5, 6, 8-9. Illius vero quod-  
dam quasi initium est *regnum peccati in morte*, quæ est phra-  
sis iam peccati servitutem sic describens, ut nil nisi actua-  
lis abjectio in infernum desit Rom. 5, 21. *& regnum mortis in  
peccante v. 14. & 17.* quod est sumnum diaboli imperium in ho-  
minem peccato se pascentem, ut Vitam Æternam nullius æ-  
stimet, & pro vivo diabolo habeti possit. Quid status viventis  
hominis est maxime tremendus, & summe exitialis.

S. 13. Versatur itaque ob peccatum homo ibi relictus  
fane miserrimo in statu, quia imago & justitia divina amissa,  
natura nobilissima depravata, intellectus à sapientia remo-  
tus, voluntas & inclinatio ad malum semper directa, omnia  
cogitata, dicta, facta Deo adversa, & omnis generis suppli-  
cia ubique in promptu sunt. Hinc non immerito quilibet  
mortali jure ingemiscat cum Apostolo, naturalem, in re-  
natis etiam, peccandi necessitatem, & perfectionis impos-  
sibilitatem, Rom. 7, 24. plorante: *Me miserum! quoniam me liberabit  
a corpore hujus mortis?* Namque ex peccati merito in miser-  
rius originem habet haec tristis vita, fusis lacrymis & tenero  
cum ejulatu plerumque semper orbis salutatur, innumeris in-  
ter solitudines agitur vita, cuilibet diei suæ sunt plagæ, sue  
molestæ, mortalis ipse modo in nosocomio, modo in er-  
gastulo per totam vitam detinetur, & quibus quotidie vexat-  
ur & collectatur, gravissimis periculis & maximis miseriis:  
undiique circumclusus est. Recte estimabitur ceu servus miser-

per

Per totam diem annonam terens, testante Anselmo, ut exinde, cum Seneca hominem & vitam ejus nil nisi fabulam dixerit, multo rectius totus homo, & ipsius vita supplicium & calamitas vocari queat. Quid enim calamitosius esse potest & miserius, quam hominem per peccata penitus depravatum, esse in hac vita inimicum Dei & servum diaboli, & in futura ad æternam mortem sine ulla redēptionis specula rejectumiri? Vere horrenda igitur hæc est peccatorum moles, ejusque ~~πλεονασμος~~, quem per Legis Evangelio potissimum collustratæ indicium acquisivit, adeoque terribilis, ut tanto sub onere æternum vivere debere summo jure æterna mors sine morte, & æternus mortis appetitus sine mortis spe, vocari mereatur.

### CAP. III.

#### DE SUPERABUNDANTIA GRATIÆ.

**Q**uamvis autem divus Paulus peccati grandem vim, ejusque infernales fructus ē memoratā Lege ostenderit, per quod indicium peccatoribus horror injicitur, hominumque lapsorum summa miseria indicatur; attamen, sicut est nuncius divinæ gratiæ, non in terendo, minando, rejiciendo & damnando subsistit, sed prostratos erigit & pavet factis dulcia refrigeria ostendit. Pergit enim ostendere, quod homini per Satanæ seductionem & voluntariam transgressionem præcipitato in profundissimum peccati abyssum, super sit longe abundantior gratia intuens in sufficientissimum Christi lumen, per quod homo ex imæ miseria extrahi, libertati restitui, & a DEO adoptari possit. Hinc dicit: *καὶ δὲ ἐπειδὴς τὸ ιαπερθία, τὸ ερετικόν οὐτοὶ οὐχέται.* Est quidem peccatum grave, sed Gratia præponderat: est peccatum lepra exitialis, & venenum mortiferum; sed Gratia offert antidoton salutiferum & perfectissimum, quod vitam & omnem felicitatem reparavit; peccatum iram Dei & æternam mortem apportavit, sed Gratia vitam & æternam salutem reddidit.

**S. 2.** Gratia Græcis dicitur *Xάρις*, & significat benignum

gnum favorem, seu benevolum alicujus erga alios affectum,  
sive is in homine reperiatur, Gen. 18,3. Exod. 33,17. sive in  
ipso Deo, qvod ligvet ē Luc. 1, v. 30. ubi Gabriel alloqvittur  
Mariam: Μή Φοβεῖται Μαρία μέ, δέξεται χάριν τῷ Θεῷ.  
Sic & Paulo dicit Dominus 2. Cor. 12, 9. ἀρκεῖ σοι η̄ χάρις μου.  
Interdum significat gratia idem, qvod donum gratiæ divinæ  
ad Eph. 4, 7. ubi η̄ χάρις ἐδόθη dicitur, & explicatur v. 8. per  
vocabem δοκεῖσθαι, οὐ ἐδωκεν τοῖς ἀνθρώποις: interdum notat to-  
tum gratiæ statum, in quo quis divinâ gratiâ specialiore frui-  
tur, ex. gr. Gal. 5,4. Excidistis gratia, id est statu gratiæ. De-  
notat alias gratiarum actionem 2. Cor. 2,14. Τῷ δὲ Ιησῷ χάρισ,   
add. 1. Cor. 10,30. Accipitur & pro eleemosyna 1. Cor. 16,3. Τέτας  
πέμψει απενεγκαν Τὴν χάριν ὑμῶν εἰς ιερουσαλήμ. Ponitur etiam  
adverbialiter pro ἔνεργει Luc. 7, 47. Σχάριν λεγασσο & Eph.  
3,1. τέτας χάριν. Hic vero per χάριν intelligitur bene-  
volus animus, indebitus favor, gratuita propensio, singularis di-  
lectio, admiranda misericordia, & si quid ejus simile dici potest,  
qvod incomprehensibilem DEI benignitatem, qvâ lapsum Ge-  
nus Humanum est complexus, denotare aut describere potest.

§. 3. Gratia igitur illa Dei est gratuita Voluntatis  
Divinæ propensio in genus humanum, qva omnibus homini-  
bus peccato corruptis, & per legem damnatis non tantum de-  
stinavit Filium Salvatorem ideo incarnandum, ut æterna sa-  
tisfactione suâ illos à peccatis & condemnatione redimeret, &  
justitiam ac vitam æternam restauraret: sed & propter illam satis-  
factionem ipsorum omnium salutem serio cupit, eumq; in fi-  
nem parati simus est ad offerendam omnibus ac singulis, & con-  
ferendam omnibus non repugnantibus gratiam conversionis  
& justificationis, qvamdiu vivunt: unde B. Luth. in Präf. Ep.  
ad Rom. ait, daß Gnade eigentlich heiher Gottes Hulde oder  
Günst / die er zu uns träget bey sich selbst/ aus welcher er geneiget  
wird Christum/ und den Geist mit seinen Gaben in uns zu gießen.  
Xapis ista ὑπερπερισσευτε, superabundavit. Verbum ὑπερ-  
περπερισσευτον est emphaticum, & non tantumdem valet, ac si di-  
cas in stagno ex pluvii orto abundare liqvorem, ut effundatur,

C

qvod

quod superfluum est; sed quasi dicas ad inexhaustum ac vivificans rationem vehementer & supra modum ita abundare, ut quantumcumque ejus undis accolae fruantur, nihilominus semper amplius ampliusque supersit. Auget enim apud Graecos significacionem τὸ ὑπερ, ut Rom. 8,37. ἡ περινέμεται, 1. Cor. 12,7. ἡ περιέχεται 2. Thess. 1,7. ἡ περιεγένεται. Est alias ipso jam in verbo περισσόνει significatio copiae satis dilucidè & abundantius declaratae, uti Metaphora à fluminibus exundantibus deducta docet, ea tamen adaugetur per hanc particulam τὸ ὑπερ, uti & 2. Cor. 7,4. dicitur: Καὶ εἰδεῖσθε τὴν χρεὰν, & Marc. 7,37. Καὶ εἰδεῖσθε τὴν ἀπόστολον: quia ratione & vocē Καὶ εἴπερ τοῦτο ἐξ ἀπόστολος ingeniose compositam epistola i. ad Thess. c. 3. v. 10. commendat. Rarior est borum usus, dicunt lexicographi, ut sic ubertas illa gratiarum ipsa etiam nominis raritate h. l. commendetur. Apostolus ergo his verbis emphaticis id exprimit, etsi peccatum per totum genus humanum se diffuderit, & ut pestilentissimum malum, omnes infecerit atque occiderit, gratiam tamen esse multò superiorem & excellentiorem, quippe quae in Christo, mortuum in peccatis genus humanum sibi conciliaverit, ab inferno redemerit, quotidieque paratissima sit ad omnes homines, dum vita in hoc orbe suppetit, gratis donandos & viribus fidei, ut non repugnant, & remissione omnium peccatorum, dum non repugnant, ut pristinæ justitiae & felicitati restituantur: in eaque tantam esse abundantiam, ut, cum ex uno Iapso & peccato originante reatus mortis in totum genus humanum venerit, gratia DEI per satisfactionem Christi non tantum ex uno illo originante, & inde contracto originali malo liberet, sed & ab omnibus inde promanantibus plane innumeris delictis: ita ut si plura etiam & majora peccata fuissent, haec gratia superabundans illa non tantum perpetrata, & secura, sed & possibilia, sub conditione si forent, sufficientissime deleyisset.

s. 4. Gratia haec, quatenus est in DEO, & ipsam ipsius Voluntatem, quae in homines lapsos propensa est, denotat, Attributum est essentiale, & eō respectu τῷ θεῷ idem est quod ipse Deus, in quem accidens non cadit. Cum autem τῷ θεῷ ad nostrum con-

concipiendi modū distinctionem & respectū ad homines admittat, illius non tam causaEfficiens, qvam sub termino generaliori Principium & fons esse intelligitur in essentiā unicus & æternus Deus. Hoc manifestat David P̄. 84, 1, 2. Dominus, ait, Deus dās gratiam & gloriam. Ita Autorem omnis gratiæ summū Deum appellat Sanctus Apostolus Rom. 1, 7. Gal. 1, 3, 1. Tim. 1, 2. Dispensat Deus gratiam suam Eph. 3, 2. & homines regit in gratia Act. 15, 40. Qvemadmodum enim pater naturalis gratiam suam non denegat filiis suis, sic gratiam suam & immensam misericordiam Pater Cœlestis exhibit miseris hominibus, & ut Rex terrenus gratia sua erigit egenos subditos, sic Rex regum & Dominus Dominantium rivos cœlestis suæ gratiæ demittit in egenos & humillimos mortales, servos suos miserabiles, qui, cum hostes naturâ simus, subditorum quidem aliquo, civium vero nomen nullo modo tueri potuimus.

§. 5. Verum Gratia illa, per qvam nobis ex ineffabili Dei beneplacito destinatus fuit Redemptor, qvi nos Deo conciliaret, & pro peccatis nostris satisfaceret, meritoriam causam nondum habere potuit. Quatenus autem post destinatum mundo Redemptorem gratia significat continuam illam & immutabilem Dei propensionem ad servandos homines omnes, Causa Meritoria ejus gratiæ est Dominus noster Jesus Christus. Hinc gratia Domini nostri Jesu Christi dicitur Rom. 16, 20. & in hoc nostro Capite v. 15. itemqve 1. Cor. 16, 23 &c. Iesu Christus est ibronus gratiæ Rom. 3, 25. Ebr. 4, 16. Is ipse & solus gratiam hominibus acquisivit, dum mortuus est pro illis, dedit enim animam suam λύτρον ἀντὶ πολλῶν Matth. 20, 28. Ille ut agnus innocentissimus peccata hominum ac corius mundi portavit Es. 53, 11. Joh. 1, 29. Peccata nostra ipse portavit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui justitie vivamus, tuus labore (anati sumus. 1 Petr. 2, 24). Ille ergo justitiae vindicativæ divinæ morte sua debitum nostrum persoluit, & pro hominibus vere satisfecit, solvit enim quod non rapiuit Ps. 69, 5. Inde Christi sanguinis riguos 1. Petr. 1, 19. appellatur, quippe quo miseri homines ab immebris sunt redempti peccati.

tis. Gratia vero Salvatoris sanguine nitens est tam ~~ut~~ ~~et~~ ~~est~~ ~~est~~.  
σίνεται, ut per illam *omnia peccata totius mundi* sint abolita,  
Christi enim *sangvis mundavit homines ab omnibus peccatis*,  
1. Joh 1, 7. Delevit, quod aduersus nos erat, chirographum de-  
creti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens  
illud crucis Col. 2, 14. siquidem ipse propitiatio est pro pecca-  
tis nostris, non vero pro nos tunc, sed & pro totius mundi  
peccatis 1. Joh. 2, 1. 2.

S. 6. Ista ergo Gratia Superabundans, per quam omnia pec-  
cata in Christo sunt deleta, est universalis, & pertinet ad omnes  
homines, *apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostrorum omnibus  
hominibus* Tit. 2, 11. Ne autem ex phraseologia hic nascatur  
molesta quædam aqvivocatio, vocem Gratiae Abundantis vel  
Superabundantis eam liberare oportet, utejus, de qua nos lo-  
quimur, universalitas eo rectius constet. Video enim Abun-  
dantem gratiam interdum ab iis, qui in controversia nuper  
orta scripsierunt, ita usurpari, ut lectores inde & scriptores  
ipsi parum inter se convenient. Dum enim alibi Gratia  
Dei Abundans jungitur cum Perficiente, Inhabitante & San-  
ctificante, atque ita ad credentes tantum refertur, Sufficien-  
tique, quæ ad recuperandos omnes homines sufficit, con-  
tradistinctivit; alibi vero Gratia Abundans dicitur, quæ ad  
conversionem peccatorum non tantum ordinaria ac sufficien-  
tia adhibet media, sed & iis ex abundantia extraordinaria addit,  
miracula scilicet omnia &c: non potuit fieri, quin pro diversitate  
conceptuum diversimode judicaretur. Utroque vero illo  
sensi Gratia Abundans particularis est, nec confundenda  
cum illa Gratia superabundantia, de qua locus noster agit.  
Semotis ergo illis significationibus Gratia Pauli Superabun-  
dans, sicut vi præpositionis *in* in hac compositione oppo-  
nitur ingenti omnium peccatorum πλευρασμος, vi. & copia,  
ita gratuiti favoris divini tantam dicit prærogativam, præ  
qua omnis omnium peccatorum vis, copia & πλευρασμος  
cedat, quoniam Deus lubentissime omnem vim peccati o-  
mnibus condonare, & velut in abyssum maris præcipitare,  
adeoque

adeoque omnes per Legem condamnatos serio velit salvari.  
Propterea etiam hoc ipso Capite, Rom. 5, 17. laudatur  
jam prius ἡ μετωπία τῆς χάριτος, quamā quibusdam per fidem  
suscepitur, siquidem v. 15. dicitur, qvod multo magis abun-  
daverit gratia Dei, quam peccatum, cujus tamen vi omnes sunt  
mortui. Hęc igitur Gratia spectat ad omnes homines, in  
qvos mors transiit. Sicut enim Deus dilexit mundum, nempe  
totum genus humanaum in peccata lapsum & perditum, ut  
dare filium suum unigenitum, Joh. 3, 16. & Filius Dei venit  
querere & salvare, qvod perierat, Luc. 19, 10. Jam vero to-  
tum genus humanum erat perditum; venit ergo ē gratia &  
dilectione Salvator, ut omnes sine discrimine quereret & sal-  
varet. Hanc Dei Gratiam universalem judicat etiam divus  
Paulus 1. Tim. 1, 1. fidelis inquit, sermo & omni acceptione dignus,  
qvod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvare:  
idq; ita, ut ne primarius quidem peccator præteriri debeat.  
Omnes vero homines sunt peccatores, sic igitur Christus  
venit, ut omnibus peccatoribus, etiam primariis gratiam  
suam impertiret & eos salvaret. Hoc quoque Apostolus ex-  
pli cat clarissime 1. Tim. 2, 5, 6. Unus Deus, unus etiam Mediator  
Dei & hominum, homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum re-  
demptionem pro omnibus. Si ergo omnium Redemptor est, gratia  
hęc pertinet ad omnes, & est universalis. Hoc quoq; corrobo-  
ratur verbis Col. 1, 19-20 In ipso complacuit omnem plenitudinem  
inhabitare, & per eum reconciliare omnia ad ipsum, pacificanti per  
sanguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in celis sunt.  
Per haec enim Apostolus gratiam Dei ad totum genus humani in  
Christo restaurandum salvandumq; extendit. Porro Filius Dei,  
hanc gratiam suam universalem hominibus offerens, jabet omnes  
sive jam agnolant peccati molem, sive nondum agnoscant, onu-  
pos certe peccatis ad se venire Matth. 11, 28. vult ad se & sub  
alas suas congregari nolentes & refractarios Iudeos Matth. 23, 27.  
& vel in ipsa hora epularum, sivepius jam antea invitatos iterum  
vocari invitarique cupit, adeoque illius convivii, id est regni  
coelestis, & æternæ salutis participes fieri serio desiderat

C 3

impios

impios etiam & ingratos contemtorēs, qvod ex Luc. 14, 17. & seqv. videndum est.

¶ 7. Commendat se autem longe maxime gratia Dei superabundans hominibus, dum per verbum Evangelicum oculis auribusq; innotescit promissio, præstatio satisfactionis annunciatur & illustris obsignatio seqvitur per Sacra menta. Evidem verbū hoc, per qvod donū gratiæ divinæ hominibus benignissime offertur, & qve ac Gratia, ad omnes pertinet, & vocatio per illud plane universalis est. Recte qvoq; dicimus de Gratia Dei, qvod prædicetur omnibus; id qvod adeo verum est, ut, ubi per externam humani oris prædicationem Evangelium non innotescit, eo Evangelistarum penna penetraverit; & si ne sic qvidem Evangelium ad qvospidam perveniat, rumor & auditio de nomine Christi remotissimos ad gratiam Dei invitet; imo ipsa natura per vocationem generaliorem, & propria hominum conscientia abunde de Gratia Dei alicubi revelata testentur. Non ergo sunt loquela, neg, sermones, ubi non audianceur voces eorum, (testes qvi sunt Gratia Dei.) In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum Ps. 19, 4. 5. Peculiariter vero annunciarī iustis omnibus hominibus ubique ut pénitentiam agant Act. 17, 30. Et Mandatum Salvatoris Iesu Christi ad discipulos hoc est Marc. 16, 15. Euntes in universum mundum prædicare evangelium omni creature, scilicet qvo usque se exten dit verbi prædicatio in ordine ad creaturas rationales. Remotissimis qvoq; insulis & populis prædicatio gratiæ per verbum facta est. Testatur hoc Paulus Col. 1, 23. *Evangelium prædicatum est in universa creatura, qve sub cælo est, cuius factus sum minister.* Affirmant hoc Patres ecclesiæ Tertull. lib. c. Jud. Theodoretus l. 9. de Cur. Græc. Aff. & plures, in abditarum gentium provinciis & ignotis insulis evangelium fuisse prædicatum. Et Hieronymus in Matth. c. 24. inquit: *Non puto aliquam remansisse gentem, qva Christi nomen ignoret.* Neq; etiam Gratia denegata est incredulis, contumaciter resistentibus & sua culpa pereuntibus. *Expandit enim Deus manus suas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes*

tiones suas. Et. 65, 2. Vobis ait Sapientia, & renuitis, extendi manum meam & non fuit, qui aperiret. Pr. 1, 24. Ex dictis itaq; simul patet, & gratiam Dei universalem, generalius quidem varie, specialissime vero per verbum Evangelicum ac Sacraenta omnibus annuntiatam, & sic vocationem generaliter omnibus quocumq; modo esse factam, & Deum ita lero testari, velle se, ut omnes ad cognitionem veritatis perveniant & salventur.

§. 8. Probe deinceps ad hanc materiam, ex Apostolico nostro loco explicandam, observanda venit distinctio, quam Apostolus h. 1. facit inter τὴν χάριν, Gratiam illam, de qua loquimur, & τὴν δωρεὰν ἐς χάριν, quæ & τὸ δώρημα, & τὸ χάρισμα id est Donum Gratiae vocatur, inter quæ v. 15, 16, 17. accurate Doctor gentium distinguit. Scilicet illa χάρις τοπερ εἰσέτεθεν confert nobis τὸ χάρισμα καὶ τὴν δωρεὰν, non minus ad omnes homines spectantem, quam ipsa Gratia: unde non tantum v. 17. laudatur η τελεσία τῆς χάριος, sed & η τελεσία τῆς δωρεᾶς Ἰησοῦ σωτῆρος. Χάρις enim est benignissima voluntas Dei, quæ, quod ad expiandum peccatum facit, abundantanter dat omnibus hominibus, τὸ δὲ χάρισμα καὶ τὸ δῶρο illud ipsum est, per quod hominum peccata omnia exceptantur, & tolluntur, quodque omnibus hominibus ad justificationem gratis offertur: η τὸ χάρισμα καὶ τὸ δῶρο οὐδενάτων ἐσ δικαιατικα. Non igitur hic salus & vita æterna, quam homines ut optimum donum accipiunt ē manu potentissimi DEI, per τὴν δωρεὰν intelligitur, uti vita æterna alias dicitur τὸ χάρισμα τὸ θεῖο Rom. 6, 23. nec status gratiae, in quo per fidem existimus, hic denotatur, qui alias δόρον θεῖο appellari meretur ex Eph. 2, 8. nec ipsa fides, quæ donum etiam DEI dici solet, quippe quæ unicuique offerri dicitur Act. 17, 31. ita designatur, nec Spiritus S. hic eo vocatur nomine, sicut Act. 2, 38. legimus de dono (δωρεᾷ) Spiritus Sancti. Sed quantum ex omnibus Textus Circumstantiis deduci potest, χάρισμα dicitur gratuitum JESU CHRISTI meritum, seu quod vix differt,

differit, iustitia in satisfactione pro omnibus hominibus, in universalis Merito JESU CHRISTI toti humano generi adquisita, ut gratis simpliciter omnibus offeratur, & gratis etiam conferatur iis omnibus, qui eam accipere non detrectant. Hinc v. 15. dicitur, quod sicut unius Adam lapsus (licet omnes aeternum non moriantur, nihilominus) mortis reatum omnibus intulerit, ita multo magis Gratia DEI, & Donum (adquisitum) in gratia unius alterius Adami JESU CHRISTI in illos multos, in quos mors transiit, id est, in omnes homines abundans sit factum: unde recte concludimus, quod Meritum seu iustitia JESU CHRISTI, licet actu omnes non salvet, abundantissime tamen salvare possit, & ex gratia & propensissimam voluntate JESU CHRISTI salvare debeat omnes sine exceptione. sic v. 16. dicitur, quod donum gratuitum, (id est Meritum JESU CHRISTI) est multis transgressionibus (traducere valeat) ad iustitiam. v. 17. appellatur, in dñe & tñs dñgostivns donum Justitiae, seu iustitia gratis danda, quae debeat λεμβάνεσθαι, per fidem suscipi, ejusque πρεγοστία seu superfluitas praे dominio mortis extollitur. v. 18. vocatur τὸ τῆς δικαιοίας, unius JESU CHRISTI iustitia seu meritum, per quod valeat progressus in omnes homines ad justificationem vita. v. 19. dicitur Obedientia Christi, per quam iusti constituantur homines.

S. 8. Gratia ergo haec DEI summa serio intendit hominum iustificationem, mediante illo κατέσματι, quod est Meritum JESU CHRISTI, seu ejus Δικαιοία contendens eis Τὴν δικαιωτικὴν ζωήν v. 18. quae iustificatio vita quando sequitur, omnino gratiae illi divinae superabundanti debetur. Justificamur enim gratis, per gratiam ipsius, per redemtionem, que est in Christo Iesu Rom. 3, 24. Deus nos salvos facie secundum gratiam, que data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia 2. Tim. 1, 9. Causa igitur illa iustificationis nostra impulsive est, sicut Meritoria ejus Causa est Obedientia Christi Activa ac Passiva. Nempe Patris gratia non nisi in Christi sanguine nata, i. e. dum ab aeterno iustificationem intendit se se

fese in Christo fundavit, unde tota nostra justificatio fit in laudem gloriosam gratiae ipsius, quia nos gratis complexus est per fidem dilectum, in quo habemus redemtionem propter sanguinem ipsius & remissionem peccatorum gratia tunc ab agnitione Christi excedit. Secundum dicitur gratiae ipsius, quia abundavit erga nos Eph. 1, 5. 6. 7. 8. Hinc Paulus iis etiam verbis, quae nunc ponderamus, egregie subiecit, quod Deus hanc justificationem & Vitam Aeternam serio intendat. Sic enim scribit: *Ubi peccatum ad summam suam potentiam invaluit, ibi Gratia superabundans facta est, ut, sicut regnavit peccatum in morte, ita & gratia regnet per justitiam ad Vitam Aeternam per I. C. Dominum nostrum. Rom. 5, 20. 21.*

9. Quidam autem superabundans haec praesertim Peccatorum mole DEI Gratia hostium quidem mitigetur, at perpetuo tamen reluctantibus per vim justificare non vult, ordinem mediorum ita constituit, ut Christi Justitiam velut Gratuitum donum suscipiant (Rom. 5, 17.) omnes homines, sibi; eam applicent, (non quidem uti praestata est, sic enim est causa meritoria; sed uti nobis donatur & imputatur, atque ita nostra redditur) & sic ejus participes fiant non nisi per veram & salvificam fidem. Vera autem Fides consistit in notitia, ut sciatur homo seu cognoverit e Scriptura, quoniam peccatori sibi sunt promissa & credenda: *quomodo enim credens, de quo non audiret, Rom. 10, 14.* ait Paulus, qui sanè sciebat, in quem credere. 2. Tim. 1, 12. in assensu, unde dubitatio & metus excluditur; necesse est enim, pro vero accerto id haberi, quod promissum & credendum est, siquidem inde boni quidquam debet expectari: non igitur hesitandum, qui enim beatificat, similis est flumui maris, qui a vento moveatur & circumfertur Jac. 1, 6. & in certissima fiducia, dum homo non tantum certus est, in veritate ad fidei pertinere, etiam specialissime, quae promissa sunt, sed & in iis firmiter acqviescens Deum omni promisso satisfacturum esse confidit, perque nihil inde retrahitur. *In CHRISTO IESU enim habemus FIDUCIAM, & accessum in CONFIDENTIA per FIDEM ejus Eph. 3, 12.* Et

D

bac

*Hac est victoria, q̄a vincit mundum, fides nostra.* 1. Joh. 5, 4.  
Illa est rerum sperandarum (id est promissarum) substantia & argumentum non apparentiū (seu fiducialis convictio de iis, qvæ non videntur.) Ebr. 11, 1. Illa oculus est, per quem agnoscimus Christum, illa pes est, quo accurrimus ad Christum, illa manus est, per quam apprehendimus Christum, illa vinculum est, per quod apprehensum nobis unicus & unitum tenemus. Paucis: justificamur ex fide Rom. 5, 1, Gratia salvamur per fidem Eph. 2, 8. Christus habitat per fidem in cordibus Eph. 3, 17. idq; omne ex Gratia illa superabundante, vincente in Christo omnia peccata.

§. 10. Etsi igitur ἡ πλεονασμὸς τῆς ἀμαρτίας totum genus humanum inquinaverit, atq; in statum iræ & damnationis dejecerit, ut propter peccata & transgressiones mors venierit super omnes: tamen ἡ χάρις ὡνερηστέστατη de peccatis omnibus triumphavit, iratum Deum mediante Merito Christi reconciliavit, mortem domuit, vitam & omnem felicitatem restauravit, & hæc gratia tam superabundans fuit, ut si plura & majora hominum peccata fuissent, illatamen sufficientissima esset, qvæ omnia illa extingveret. Per hanc gratiam superabundantem omnes homines ē potestate Satanæ & tenebrarum in Christo ereptos seu redemptos etiam justificare, & salvare serio cupit: peccata morte digna illis omnibus & singulis ex toto animo avet remittere & condonare, & filios lucis ac hæredes regni cœlestis ex pessimis iræ & inferni mancipiis facere desiderat, eumq; in finem vires fidei semper offert, certissimumq; promissum æternæ salutis omni die repetit, manusq; velut precantes, & amplexum indicantes extendit,

§. 11. Rectissime igitur Gratia ista ab Apostolo hic dicitur ὡνερηστέστατη, &c. 1. Tim. 1, 14. ἡ χάρις ὡνερωλεόντεστα, itemq; ex Eph. 2, 7. ἡ χάρις ὡνερβαλλέστα æq; commode eodem sensu nominatur, ideoq; tot amoenis expressionibus declaratur, ut nullus ex intentione Dei locus relinqvat desperationi, qvæsi ullum in ullo vivente peccatum

tum tantum sit, cui Gratia hæc DEI remittendo aut non sufficiat, aut se omnino subtrahat. Cognoscitur inde universalis esse, & pertinere ad omnes homines in omni gente, ætate, sexu, statu viventes, in omni loco ac tempore degentes, cumque omni peccato ac criminis confluentes: propterea que coincidit cum voluntate Dei antecedente, secundum quam Deus serio vult omnes homines Christo frui ac salvare. Neque est hæc voluntas ficta & simulata, ut Deus externe omnibus quidem gratiam suam obtulerit, interne tamen ex absoluto decreto aliquos tantum amaverit & elegerit, reliquos autem omnes rejecerit & damnaverit. Minime vero! sed est seria & paterna hæc voluntas, quæ ad omnes se extendit, & omnium salutem cum sufficientium, & efficacium mediorum procuratione & in SS. facta oblatione anxie desiderat. Interea nihilominus hoc firmum est, quod gratia hæc mediate & ordinate pertineat ad omnes homines. Scilicet per Jesum Christum Mediatorem, per verbum & sacramenta, ac per veram fidem fundatam in Christi merito, homines ut ad regnum gratiæ deveniant, Gratia superabundans requirit. Et quoniam Christus passus est pro omnibus, & cœu agnus innocens tulit peccata totius mundi, & sanguinem suum effudit pro omnibus, & omnes amavit, & mundatio nem omnium a peccatis invenit, & præterea hoc evangelium prædicatum est omnibus hominibus, (non enim est populus, ad quem sermo iste non sit delatus) facile inde colligitur, quod Divina etiam Gratia omnes illos salvos fieri ardentissime cupiat, quamdiu sunt in vivis. Quod vero non omnes eam recipient, & plurimi in tenebris peccatorum adhuc lateant, & moriantur, non est causa interitus eorum defectus gratiæ superabundantis clementissimi Dei, sed contentus & neglectus contumax malitiosorum hominum, qui tenebras magis amaverunt, quam lucem, media salutis spreverunt, atque in potestate Satanæ voluntario ac pertinaciter manserunt. Nemo hominum à Gratia Dei, nemo a Messiæ beneficiis fuit penitus umquam exclusus, nisi qui se ipsum pertinaci in-

fidelitate exclusit moriens. *Constitutus enim in signum populum, ut eum querant gentes Es. 11,10. & datus est in lucem genium, ut sit salus usque ad extremitatem terrae Es. 49, 6.* idque secundum beneplacitum voluntatis ac Gratiae Divinae.

§. 12. Interim propter infidelium & incredulorum contemnum nullum gratia patitur decrementum, sed illa manet uti sufficiens, ita & efficax ad delenda, & expianda, & omni tempore vivis remittenda peccata, & abundat supra omnem molem peccati tam originalis, quam actualis. Illa omnia ad finem, suum ut dominium in homine contra vim peccati habeat, & eum ad vitam æternam deducat, adfert. In Originali per Verbum & Baptismum reatus, dominium & poena peccati (licet ipsum peccatum in homine remaneat, dum adhuc est in peregrinatione hujus mundi) ut planè tollatur, & actualia peccata itidem ut poenitentibus remittantur & reatus causa extingvantur, quotidie sese cupidissimam omni peccatori ostendit. In primâ ad salutem vocatione id patet, quoniam ex carne hominibus ablutionem a peccatorum sorde in sangvine Christi & lavacro Baptismi Gratia Dei offert, Non enim ex operibus justitiae quæ fecimus, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti Tit. 3, 5. In crebrâ quoque revocatione eorum, qui per baptismum induerunt Christum Gal. 3,27 eumque deinde, cum denuò peccatum cum suis fructibus amplexarentur, ejecerunt, (siquidem Christus justificans & sanctificans cum Beliale in eodem habitaculo non habitat) quam abundans DEI misericordia sit erga lapsos, Scriptura testatur. Non videbitur ergo alioquin esse, si in gloriam Gratiae Divinae summa quædam peccata ponderemus.

§. 13. Committunt, ita est, in hac brevi vita mortales multa & vel gravissima peccata, nam *delicta quis intelligit?* Psalm. 19, 13. Sunt in iis peccata voluntaria, cum ex proposito & contra conscientiam peccant transgressores. Sunt in iis *elamantia*, quæ propter atrocitatem suam justitiam DEI ultricem in horas flagitare videntur, ut DEUS non diu pœnam.

nam ultimam differre possit. Sunt peccata mortalia interna  
in motu vitiis cordis cum delectatione & approbatione hæ-  
rentia, sed foras non erumpentia, qualia sunt proæreticè  
pravæ cogitationes cordis; sunt externa, ut furtum, adulteri-  
um, homicidium. Fiant peccata talia contra Deum & proximum,  
dum contra primam & secundam tabulam peccatur. Com-  
mittitur speciatim contra Filium hominis, & quidē hoc modo, si  
quis veritatem evangelicam de Iesu CHRISTO ~~beatitudinem~~  
ex ignorantia, incredulitate, & commodi temporalis desiderio,  
vel etiam cum perversione pietatis & vano zelo blasphemat  
& persequebitur. Peccatur & in Spiritum Sanctum, & tale  
peccatum committitur, cum homo adultus veram salutis certi-  
tudinem ex verbo Sp. S. agnoscit, illam vero, licet adhuc suf-  
ficienter agnoscat, tamen libere ac proæreticè abnegat, op-  
pugnat, blasphemat, & remedia conversionis cum per-  
petua insectationis continuatione obstinate & finaliter re-  
jicit: sive ita placet, cum justitia Evangelica deliberatò re-  
pudiatur cum perpetua doctrinæ Spir. Sancti ad convictionem  
usq; agnitione & insectatione, velut Spiritus impuri & doctrinæ dia-  
bolicæ. Notam qvoque induratio meretur, qvæ post inobe-  
dientiam erga Evangelium, malevolentiam adversus docen-  
tes ac doctrinam, blasphemam repulsionem sermonis, &  
~~autonatāngiorū~~, hominem in tali statu ponit, ut nunquam vel  
in ipsa lectione & auditione verbi, gratiam Dei revocantem  
dextre sentiat, ac, si quid forte sentiat, observatione non dignes-  
tetur. Crimina sane gravia, qvæ æternam indubie merentur & in-  
ferunt etiam mortem. Sed dilectio Dei tamen ie extendit  
ad omnes ejusmodi peccatores Ez. 33, 11. *Vivo ego, nolo mor-  
tem impii,* (ne tum quidem, cum in impietate mors eum aggre-  
ditur) *sed ut convertatur impius a via sua mala & vivat.* Hinc me-  
ritum Christi ad omnium hominum peccata se extendit, qvia  
Jesus Christus est propitiatio pro peccatis nostris, non pro noi-  
stris autem tantum, sed etiam pro rotius mundi peccatis. i. Joh.  
2, 2. atq; ita & pro omnium gravissimis. Namq; Christus etiam pro  
illis mortuus est, qvi Spiritum gratiae consumelia afficiunt, Fi-  
lium

lum Dei contulcant, & sanguinem testamenti seu rem prophanam  
habent Ebr. 10, 29. Etiam atrocissimis peccatoribus in Spiritu  
sanctum, quorum in numero erant Pharisei & Saddu-  
cei, offertur Gratia & Verbum Dei prædicatur Matth. 3, 7. 8.  
c. 12, 31. lqq. Luc. 3, 7. 8. Marc. 3, 22. lqq. Nam peccatum in  
Spiritum sanctum (sine ullo dubio hoc omnium atrocissimum  
est) atrocitate sua non facit, ut peccator, quod in via est, o-  
mni plane commiseratione & superabundante illa gratia ex  
parte Dei sit destitutus, sed ex parte ipsorum blasphemorum  
nulla sequitur poenitentia in ullo contra Sp. S. peccante, siquidem  
is semper ac pertinaciter omnem gratiam Evangelicam  
repudiat, omne monitum Legale respuit, Spiritum Sanctum,  
quem tamen novit, tanquam diabolum blasphemat ac mer-  
itum Christi agnatum tam ratione acquisitionis, quam ratione  
applicationis finaliter pessimum gestit. Cum igitur testante i-  
psa Servatore nullum ante mortem peccatum sit, unde non inter-  
dum quidam ad Deum sint reversi, atque ita remissionem omnium  
peccatorum obtinuerint, solum autem peccatum in Sp. Si  
homines adeo indueret, ut numquam quisquam aut reversus  
sit ex illo, aut usque ad extremum diem ad Deum reversurus  
sit, id quod Deus optime novit: hinc in Sacris dicitur num-  
quam remitti, & termino Ecclesiastico vocatur irremissibile  
non ob defectum subtractionem totalem, aut insufficientiam  
divinae gratiae, quae semper exuberat supra peccatum, cum  
sit infinita; nec ob defectum aut debilitatem meriti Christi,  
qui pro peccatis omnibus plenissime satisfecit; sed ob per-  
tinacem blasphemiam Spiritus Sancti tum gratiam prædicantis,  
tum peccata coarguentis, & ob perseverantem contemptum me-  
diorum, per quae Spiritus Sanctus ad conversionem hominis  
& peccati condonationem efficax esse solet. Nihilo tamen  
secius Gratia Dei etiam in media tanti conteintus & blasphem-  
ia pervicacia, cum jam regnum mortis super eos invaluit  
v. 17. & regnum peccati in morte sele exserit v. 21. ut nihil nisi i-  
psa exsecutio, & abjectio in æternam mortem desit, eo su-  
perabundare à Paulo dicitur præ peccato illo ad summam po-  
testatem

testatem erecto v. 20. ut, quantum ad intentionem Dei, & affectum ipsius serium antecedentem attinet, sicut peccatum eatenus in morte regnavit, ita etiam vel deinceps gratia regnet per Justitiam ad Vitam Eternam per I. C. Dominum nostrum.

S. 14. Gratia igitur superabundans, quæ in ipsa Conversione occupata ex Augustini sententia quinque hos habet gradus, ut sit præveniens, præparans, operans, excitans & perficiens, offert seipsum hominib[us] ubique conversionis incipiendæ gratia, vocando & revocando illum vel per externam concionem poenitentiæ, vel per reminiscientiam ejus, vel pædagogice primum per naturam, & durat, quamdiu homo vivit, & adhuc in via est, ut eafrui possit, nec denegatur in hora mortis, dummodo illum homo non morote rejiciat. Expandit Deus manus suas tota die ad populum rebellum, qui ambulat in via non bona Es 65, 2. scilicet tota die non Dei, sed populi, & hominum in populo, quæ dies vitam designat, ut per totam vitam peccator revocetur ad poenitentiam. Gratiam suam superabundantem Dominus patetacit Jer. 33, 12. seqv. Ito & clamato verba hæc & dicio; Revertere aversa Israel, dictum Jebovæ: non enim faciam cadere facies super vos meas, quoniam misericors ego sum, dictum Jebovæ: Non tenebo irām in aeternum. Tantummodo agnosce iniqvitatem tuam, quod contra Jebovam Deum tuum prævaricata sis. Revertimini filii perverxi, & lanabo aversiones vestras. Dulcissimus quoq[ue] Salvator clementissime peccatores invitat omnes Matth. 11, 28. Venite ad me omnes, qui laborante, & onerati estis, innumeris nempe peccatis morte dignis, ipsi vos è Chorazin, Bethsaida, Capernaum, ipsi vos, à quorum oculis absconditum est mysterium in J. C. ipsi vos, qui nec Patrem, nec Filium agnoscitis, nec per vos agnoscere potestis: venite ad me omnes, reficiam vos, per gratiam meam immensam dabo vobis remissionem peccatorum & cum hac vitam ac salutem aeternam. Nullus enim peccatorum è prima Voluntate a Deo contemnitur: nemo eorundem è secunda Voluntate ita contemnitur, ut vivo prima tollatur

tollatur, sed s̄epissime, imo qvotidie revocatur qvisq; varie, dum in vivis est. Ecce s̄o ad offitum & pulso, inquit ipse Christus revocatus ad p̄enitentiam Episcopum Laodicentem, quem ut miserum & miserabilem, ut pauperem, cœcum ac nudum descripsérat Apoc. 3,18. Sic & Sponsa aliquando in securitate dormiens de Spōnso mystico testatur: *Vox amicimi p̄fisan-  
tis audita est: Aperi mibi soror mea, amica mea, columba  
mea* Cant. 5, 2. Et Salvator gratiam suam erga omnes miseros & p̄enitentes peccatores ostendit in dulcibus & solatii plenis parabolis de homine ovem perditam qvārente, itemque de muliere ob perditam drachmam lucernam accendentis, verrente domum & diligentius qvārente, donec inveniat, qvod amiserat Luc. 15,3.sqq. Qvo ipso murmurantes Pharisæos ac scribas compescēbat Christus, dicentes: *Hic peccatores recipit &  
cibum capit cum illis*, Breviter causas salutis & damnationis Deus ipse ostendit Os. 13,9. *Perditio tua ex te Israel, et animum modis  
in me auxilium tuum.*

S. 15. Superabundantem illam Gratiam, ut de iis non dicam, qui Universalitatem ejus simpliciter negant, debilitare conati sunt olim Novatiani, dum relapsis post baptismum omnem fiduciam pacis ac misericordiæ coram DEO denegarunt, ac remissionem peccatorum in Ecclesia plane non amplius posse consequi dixerunt. Sic prædicarunt iis liberius, qvæ ad extitum hominum pertinent; qvæ vero ad misericordiam, temere præteriverunt. De Novatiano olim dixit Cyprianus: *Novatianus non saltē sicut sacerdos & Levites jacente vulnorum preterit, sed ingeniosa ac nova crudelitate sauciatum potius occidit admendo spem salutis, denegando misericordiam Patris, respu-  
endo p̄nitentiam fratribus.* Horum perversa vestigia aliquā parte premunt hodie qvidam, qvim ilericodi DEO ex Ulpiano Terminum omnis Gratia vel pædagogice revocantis Peremptorium affingunt, atq; in eō Patrem misericordiarum iudici terreno, vix adeò crudeli, cum is definitum terminum homini citando significari jubeat, male conferunt. Sicut enim judex terrenus tria edicta vel unum pro tribus proponit, atque

ad

ad certum dīē eatenus mandatis refragantēm citat ac provocat,  
&, si citatus in isto termino copiam sui facere contemnit, pro  
contumaci eum habet ac dictitat, sententiamq; , qvam iustitia  
exigit, sine mora dicit: sic DEUM facere volunt hujusmodi  
peremptorias denunciationes, sed clancularias, qvibus homi-  
nes vocet ac revocet, ac nisi intra definitum à DEO tempus,  
(qvod tamen nemini patet) veniant, agantq; pœnitentiam,  
a gratia & æterna salute penitus ita eos excludat, ut converti  
amplius deinde nec possint, nec debeant, etiamsi Gratiam con-  
vertentem deinceps non forent repudiaturi. Qvibus se non  
alienos ii sistunt, qvi hodiè cum Socinianis autumant, Deum ali-  
qvando vivis hominibus omnem suam gratiam simpliciter ita  
adimere, eosqve ita penitus obdurare, ut non possint resipi-  
scere, vel ad Deum converti, cō ipso qvia Deus eos induravit,  
& gratiam omnem substraxit.

§. 16. Sed absit, gratiæ superabundanti divinæ hanc  
injuriam ut inferamus! ista enim, sicut credimus ē sacris literis,  
& in specie ex eo , qvem tractavi, loco abundat supra omne  
peccatum, recipit omnes peccatores, & nullo tempore in re-  
gno gratiæ lapsum vere pœnitentem, aut gratiam pœnitendi  
admissurum excludit. Hoc præclare Ambrosius contra Novati-  
anos observat: *Verbum DEI gratiam promittit omnibus, non  
omnibus minatur injuriam.* Quod est miserationū, exaggerat,  
quod ultiōnis, extenuat. Hoc etiam oracula Sacrae Scripturæ  
confirmant: *Quando impius aversus fuerit ab omnibus peccatis  
suis, que fecerat, & custodiverit omnia statuta mea, feceritque ju-  
dicum & iustitiam, vivendo vivet, non morietur.* Omnes prava-  
rizationes, quas fecit, non in recordationem venient illi; in iusti-  
tia, quam operatus est, vivet. Num volendo volo mortem impiis,  
dicit Dominus Deus, nonne ut convertatur a viis suis & vivat?  
Ezech. 18, 21. 22. 23. c. 33, II. Misericordia DEI non finitae sunt,  
nec consumata miserationes, sed novae sunt omni mane. Thr. 3, 22. 23.  
In his non talem iram terministicam, sed gratiam suam æter-  
nam misericors Pater lapsis peccatoribus declarat, ut toto vitæ  
tempore, seu qvousq; in viâ ambulant, recipi debeant, patiens  
enim DEUS est erga nos, dum non vult ullos perire, sed omnes ad  
pœnitentiam reveri. 2. Petr. 3, 9. Gratiam inde clementissimi  
Dei erga lapsos peccatores ineffabilem summe efferunt sancti

Patres. Chrysostomus homil. 19, in Genes. de caloqvitur: Nullum peccatum est, quaniam cum grave sit, quod illius misericordiam vineat, modo tempore debito i.e. durante vita penitentiam agamus & veniam petamus. Et homil. 3, de poenit. Quantum scintilla se habet ad mare, tantum hominis malitia ad DEI clemenciam. Pelagus tametsi magna est, mensuram recipit; Dei vero clementia, finem non habet. Bernhardus Serm. 3, de S. Andr. gratiam divinam ita laudat: Major est Dominici pietas, quam quavis hominum iniquitas. Hisce adstipulatur Cassiodorus in Ps. 6. Multitudo indulgentie divina magnitudinem peccatorum quamlibet exsuperat.

§. 17. Et hoc Scripturæ in fundamento, quod B. Patres sunt secuti, recte subnixi Libri quoque nostri Symbolici docent, gratia divina contravivos non esse limites, sed illam omni tempore vita paratam & obviam esse lapsis peccatoribus, præcipue vero quotiescumque eam non rejiciant, sed oblatas contrito corde suscipiant & ulteriorem querant. Certo hoc, licet implicite, volunt B. Confessorum verba, et si hodie temere id nolit agnoscere: *De penitentia docent, quod lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocunque tempore, cum convertunur Art. 12. Aug. Confess. Idem Apologia repetit & addita quadam exegesi illustrat: Lapsis post Baptismum contingere potest remissio peccatorum, quocunque tempore & quotiescumque convertunur.* Sed contra haec disputare non erubescunt. Eorum enim ergo, ut legant, qui aliquibus gratiam convertentem penitus admittunt, quod in fine Artic. V. de Poenitentiâ in Apolog. p. 180. super dicto Ezech. 33, 11. dicitur, atque ex Tertulliano illustratur: & dissentit per Librum hunc Symbolicum blasphemoseos fieri, qui DEO juranti, se nolle mortem peccatorum, non credunt. Eorum enim est, ut ex Art. Smalc. P. III. pag. 320. haec observent: *Hoc suum est DEI, quo & manifestos peccatores, & hypocritas profervit, & nullum iustum pronuntias, sed OMNES ad timorem & desperationem adigit. &c. Sic scil. incipit vera penitentia.* Et hic homo audit sententiam promulgari dicentem: Quotquot estis, nihil estis, sive manifesti peccatores, sive opinione vestra sancti sitis. *OMNES VOS ALIOS FIERI OPORTET, & aliter operari, quam quales nunc estis, & sicutem jam operamini, qualescumque sane sitis, magni, sapientes, potentes,*

tes,

tes, sancti. In summe; hic nemo iustus, sanctus, pius est. Huic  
officio N. Testamentum statim adjungit consolationem & promissio-  
nem Gratiae Evangelii, cui credendum est, sicut Christus inquit  
Marc. 1. Agite penitentiam, & credite Evangelio, id est scitis alii,  
& credatis mea promissione. Et ante Christum Johannes nomin-  
atur prece penitentiae, sed ad remissionem peccatorum, hoc est,  
Johannes OMNES arguit, & peccatores esse evicit, ut scirent,  
quid eorum Deo essent, & seipso agnoscerent ut perdidos homines,  
atq; ita Deo appararentur ad gratiam amplectendam & remissio-  
nem peccatorum ab eo sperandam & accipiendam. Sic etiam Christus  
Luc. 14. ipse inquit: In nomine meo UBI QVE p̄dicanda  
est penitentia & remissio peccatorum inter OMNES gentes. Et  
pag. 326, ex Act. 17. Nunc DEUS annunciat hominibus, ut  
OMNES UBI QVE penitentiam agant. OMNES dicit NE-  
MINE EXCEPTIO, QVI MODO HOMO EST. Hac peni-  
tentia docet nos agnoscere peccatum, videlicet, de nobis OMNI-  
BUS plane abumesse, & intus & in cure nihil boni in nobis esse,  
& simpliciter fieri nos alios & novos homines oportere. Addatur  
Epit. p. 618. n. VII Christus verò omnes peccatores ad se vocat, & pro-  
mitit illis levationem, & serio vult ut OMNES HOMINES ad se  
veniant, & sibi consuli & subveniri sinant. His Iesse Redemptorem  
in verbo offert, & vult, ut verbum audiat, & ut aures non ob-  
tundentur, nec verbum negligatur, & contemnatur. Et promit  
se largierum vireutem & operationem Spiritus S., & auxili-  
um divinum, ut in fide constantes permaneamus, & ritam eternam  
consequamur. Jungatur num. IX. X. XI. Iterum quoque audi-  
atur ead. Epit. p. 621. Rejicimus itaque omnes, quos iam enumera-  
bimus errores. I. Quod Deus nolit, ut omnes homines penitentiam  
agant, & Evangelio credant. II. Quando Deus nos ad se vocat, quod  
non serio hoc velit, ut omnes homines ad ipsum veniant. Haec dogma-  
ta omnia falsa sunt horrenda & blasphemata: iisque piis mentibus or-  
nnis prorsus consolatio eripitur, quam ex Evangelio &  
sacramentorum usu capere deberent: & id ideo in Ecclesia Deine-  
quaquam sunt ferenda. Solida quoque Declaratio p. 804. ait:  
Firmissime & constanter illud retinendum est, quod non tantum  
predicatio penitentiae, verum etiam promissio Evangelii sit univer-  
salis, id est ad omnes homines pertinet: quod deinde uberrimi-  
mè probatur pag. 805. ē Luc. 24, 41. Joh. 3, 16. Joh. 1, 29. Joh. 6,

§1. i. Joh. 2, 2. Matth. 11, 28. Rom. 11, 22. 2. Petr. 3, 9. & post pau-  
ca additur: *Vult Christus, ut in genere omnibus, quibus paen-  
tencia agenda prædicatur, etiam hæc promissio Evangelii propona-  
tur.* &c. &c. conf. p. 807. 815. 817. 819. 820. 821, qvibus locis o-  
mnibus invenientur, qvæ huc faciunt, ut mirum sit, talia à  
contradicentibus non observari.

§. 18. Minatur quidem Deus aliquando graviter, ac terminū  
pœnarum impiis præfigit, uti Deus mundo antediluviano, Ca-  
naanitis, Israëlitis, Ninivitis, aliiqve ultimam deletionem ac  
stragem denunciavit. Sed hic probe sunt distingvendæ pœnæ  
vivorum temporales, & morientiū æternæ. Mitterit quidem Deus  
ob peccata afflictiones; ex tamen non sunt finis gratiæ perem-  
torius, ut nulla spes salutis æternæ amplius restet, etiamsi  
non moriantur, sed hæc vivorum coercitiones, & acerbæ casti-  
gationes sunt invitoriae, qvæ ad agnitionem peccati & agen-  
dam veram pœnitentiam ducunt. Ita vel sub ipsis iræ catara-  
ctis illustres gratiæ suæ radios adhuc Deus sparrit, dum pluviis  
per quadraginta dies immissis conversionis adhuc spatium ante-  
diluvianorum impio gregi indulxit. In illo tempore haud du-  
bie multi sunt recordati vitæ pessime actæ & spretæ miseri-  
cordiæ, qvæ per Noachum toties illis annunciatæ erat, & per  
pœnas istas gravissimas clarissime sunt revocati, partim et-  
iam, qvod afflere haud vereor, eo ducti, ut peccata agno-  
verint, veram pœnitentiam egerint, & per superabundan-  
tis gratiæ divinæ operationem a poena æterna liberati sint.  
De Canaanitis jam olim Sapiens dixit c. 12, 8. seqv. *Hic etiam  
tanquam hominibus pepercisti, missisque precursores exercitus  
tui, velut crabrones ut eos lente exterminent.* -- Paulatim ve-  
ro puniendo dabas locum pœnitentia, non ignorans, qvod pra-  
væset eorum generatio & insita malitia eorum, & qvod non mu-  
tatura esset se cogitatio eorum in seculum. Atque hoc judicium  
etiam in Israelitis multo magis valet in captivitatem ductis &  
viventibus. De Ninivitis conversis res clarior est. Pœnas au-  
tem æterni exitii, et si ab æterno sint decretæ, Deus tamen non  
immittit nisi post finalem impenitentiam; illæ vero æque, ac  
hæc cum morte consummata est, demum inchoant & sequun-  
tur post hominis mortem temporalem. Sic Lurco finaliter im-  
penitens terminum habebat suum peremtorium Luc. 16, 26.  
nam ex inferno nulla redemptio. Ast dum homo adhuc versatur

in

in via, non omnis spes conversionis & salutis apud homines, nec  
propria voluntas revocandi & convertendi apud Deum plane  
evanuit, et si poenae temporales ad sint, quas Deus utique cer-  
to interdum mitit ob patrata scelera. Attamen bonitas Dei  
per istas etiam castigationes peccatorum non morientem ad poe-  
nitentiam semper invitat Rom. 2,4. His igitur omnibus hacte-  
nus expositis, quia ad finem est accedendum, e verbis nostris,  
quae tractavi, sumtum hoc submitto argumentum: Quidcumque  
pro omnibus iis, in quos peccatum & per peccatum mors tran-  
sii v. 12. in quos mors regnat v. 14. & sententia judiciorum fertur  
in condemnationem v. 16. in quibus per Legem ad summam  
potestatem peccatum venit v. 20. ita ut apud eos peccatum jam  
regnet in morte v. 21. nihilominus superabundantem gratiam  
cum in finem servat, ut gratia in iis per justitiam dominetur  
ad vitam æternam per I.C Dn. nostrum: ille etiam absolutissi-  
mum peccatoribus non invidet, nec sua voluntate subtrahit,  
sed clementissime offert Gratiam Revocantem & Conversio-  
nis cupidam. Atqui DEUS &c. E. &c.

s. 19. Sed gratia superabundans non ideo ita cele-  
bratur, ut homo fiat securus, sit incredulus, male vivat, me-  
dia salutis spernat, poenitentiam differat, & tamen cogitet se  
adhuc degere in statu felici, & gratia nondum excidisse, & quan-  
do lubuerit, aut vacaverit, converti posse. Verum quilibet sciat,  
gratiam hanc, de qua loquimur, superabundantem quidem in  
eo esse, ut omnem peccati molem superans omnium hominum  
salutem & conversionem ex animo cupiat; verum nisi ipsa Con-  
versio sequatur, atque ita Gratia inhabitans praesto sit, sub illa  
Revocandi & Converendi cupiditate gratia neminem salvare.  
Sciat quoque eam tantum durare, quoad homo in via est, &  
quoad vivit, vitam autem nostram esse fragilissimam, fuga-  
cissimam & brevissimam, finiri que perisse antequam ho-  
mo id putet. Nam qui jam latet, robustusque est, vivit &  
vigeret, teste experientia haud raro in momento oculi infir-  
mus tristisque appetit, cadit ac paler, & finita saeppe subito  
vita terminus salutis adeat, ac nulla gratia ulterius offertur,  
sed qualis homo inventus in hora mortis est, talis etiam ea-  
dem in hora judicatur. Eapropter nulla hora est omitten-  
da, quin peccator vere se convertat, & gratiam divinam te-  
neat. Docet hoc unumquemque Psaltes Pl. 95, 5. Hodie si vo-  
63

*¶* illis ejus audieritis, nolite obdurate corda vestra. Illud Hoc  
die serio inculcat Baptistes peccatoribus Matth. 3, 7. 8. Proge-  
nies viperarum, quis deconstravit vobis fugere à ventura ira?  
Facite ergo fructum dignum penitentia: & v. 10. Jam enim securis  
ad radicem arborum posita est, omnis ergo arbor, qua non fa-  
cit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Hoc quoti-  
die ministri ecclesiaz peccatores docent, ut, quamdiu in via  
sunt, gratiam Dei oblatam vera fide arripiant, dignospeni-  
tentiae fructus faciant, & quia vita humana est momentanea,  
nullam horam veræ conversioni servituram prætermittant.

S. 20. Ne itaque peccatores dulcedine gratiæ inesca-  
ti ad securitatem se duci permittant, ut pœnitentiam & ve-  
ram conversionem differant, sed certo sibi persuadeant, quo  
largius & longius gratiæ flumen illos inundaverit, eo gra-  
vius contemnoribus fore supplicium æternæ damnationis.  
Misericors quippe est cœlestis pater, qui nihil omittit, quod  
ad hominis conversionem ac æternam salutem pertinet, sed  
simul etiam justissimus judex, qui finaliter impœnitentes re-  
jicit a facie sua, tradit æterno tortori, expellit in æternas te-  
nebras, atq; abjicit in foveam, ubi vermis eorum non morie-  
tur & ignis eorum non extingvetur. Hoc est, quod Apo-  
stolus revocat in memoriam peccatori nolenti per bonitatem  
Dei ad pœnitentiam duci Rom. 2, 5. 6. Tu autem secundum  
durissimam tuam & impenitentem cor tibi besaurizas, eibi ira in die ira  
& revelationis justi judicii Dei. Qui reddet unicuique secun-  
dum opera ejus: cui v. 9. venientia scribitur Ira & indignatio, tri-  
bulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.  
Quale periculum per æternam suam Gratiam ab omnibus ut  
avertat Deus Optimus hominum Amator, plerique vorere so-  
lent, & nos cum Ecclesia voremus.

S. 22. Sed seriis tamen sumimum Ejus Numen atq; ardentibus  
precibus à singulis quotidianè est implorandum, ut nos præparet  
per Spiritum Sanctum, quo gratiam illam ipsius superabun-  
dantem & largissime nobis per Verbum declarata, libentissi-  
me veneremur ac suscipiamus, perque illam ab omni malo libe-  
remur, in fide vera & salvifica servemur, cum Christo uniti  
vivamus & uniti maneamus, ac tandem e regno gratiæ in  
regnum æternæ gloriae felicissime transgrediamur.











Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1003436889/phys\\_0050](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003436889/phys_0050)

DFG

in via non omnis spes conversionis & salutis apud  
propria voluntas revocandi & convertendi apud  
evanuit, et si poenæ temporales adsint, quas Deu-  
to interdum mittit ob patrata scelera. Attamen  
per istas etiam castigationes peccatorem non moti-  
nitentiam semper invitat Rom. 2,4. His igitur on-  
nus expositiis, quia ad finem est accedendum, è v-  
qva tractavi, sumtum hoc submitto argumentum  
pro omnibus iis, in quos peccatum & per peccatum  
sunt v. 12. in quos mors regnat v. 14. & sententia iudic-  
in condemnationem v. 16. in quibus per Legem  
potestatem peccatum venit v. 20. ita ut apud eos p-  
regnet in morte v. 21. nihilominus superabundan-  
cum in finem servat, ut gratia in iis per justitiam  
ad vitam æternam pet J. C Dn. nostrum: ille et  
simis peccatoribus non invidet, nec sua volunta-  
sed clementissime offert Gratiam Revocantem &  
nis cupidam. Atqui DEUS &c. E. &c.

S. 19. Sed gratia superabundans non  
bratur, ut homo fiat securus, sit incredulus, m-  
dia salutis spernat, poenitentiam differat, & tam  
adhuc degere in statu felici, & gratia nondum exci-  
do lubuerit, aut vacaverit, converti posse. Verum  
gratiā hanc, de qua loquimur, superabundante  
eō esse, ut omnem peccati molem superans omni  
salutem & conversionem ex animo cupiat; verum  
versio sequatur, atque ita Gratia inhabitans praeſt.  
Revocandi & Converſandi cupidā gratiā nem  
Sciāt quoque eam tantum durare, quoad hominem  
quoad vivit, vitam autem nostram esse fragilissi-  
mam & brevissimam, finiriique persippe an-  
mo id putet. Nam qui jam latus, robustusque  
viget, teste experientia haud raro in momento  
mus tristisque appetet, cadit ac pallet, & finita  
vita terminus salutis adeſt, ac nulla gratia ulterius  
sed qualis homo inventus in hora mortis est, tamen  
dem in hora judicatur. Eapropter nulla hora  
da, quin peccator vere se convertat, & gratian  
neat. Docet hoc unumque me Psaltes Pl. 95.

